

Gallica non reperiuntur. Nihil dico de differentia & proprietate trium verborum *Habere*, *Tenere*, *Possidere*, qvibus in nostra lingua nullus est locus. Idem de istis dicemus: *Habere licere spondes*. Et de istis: *ut mibi ire agere liceat*. Interim stipulationum differentias non attingo, Prætoriarum, judicialium, & communium, in quibus intelligendis hodie perfectissimi & eruditissimi Doctores ita animum fatigant, ut con fiteantur praxin earum nullam esse, scientiamq; ve ad usum vitæ omnino inutiliem. Hoc tantum dicam, cum ab Imperatore Leone aliisq; ve Principibus formulæ stipulationum sint abolitæ, qvi constituerunt, ut omnes conventiones, qvi buscunq; ve etiam verbis inclusæ, sint obligatoriæ, error esse videtur, tempus impendere exigendis, exanimandisq; ve verbis, particulis & syllabis antiquarum formularum. Testimonii causa non citabo nisi Jurisconsulti Pauli au&toritatem, qui de simplicitate loquens, qvæ aliis contractuum & obligationum generibus intererat, sic scribit: *Suin locando, conducendo, vendendo, emendo, ad interrogationem quis non responderit: Si tamen consentitur in id quod respondsum est, palet quod actum est, quia hi contra-*